



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 12. De officio Confessarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

*lib. de Con-* Multum quoque prodest consilium S. Bernardi :  
*radat se negotiis . sed accomodet ; & actionem con-*  
*fid. ad Eu-* ratione pramunat.  
*gen.*

Ut rite servetur hic ordo, actus nostri debent fieri  
nandi iuxta Divinae voluntati : Non enim fas est, deo  
De coelest. Divinus Dionysius, Sanctorum perfectioribus  
Hier. c. 3. operari, praeter sanctas ordinationes, & Dei iussus  
qui praefixit & statuit, quos & quomodo debet illi  
Tom. 3. de & quantum & qualiter. Secundum charitatem con-  
Doct. Chr. natam, quatuor, ut docet S. Augustinus, amabilem  
lib. 1. c. 23. Primum, quod supra nos est, nempe Deus. Alterum  
& 26. quod intra nos est, quod nos sumus. Tertium, quod  
nos est, videlicet anima proximi. Quartum quod  
nos est, nimirum, proprium corpus. Plus appeten-  
dus & appetendus est Deus, quam propria salus  
salus propria, quam salus proximi : plus desideranda  
& estimandaque salus spiritualis proximi, quam  
proprium corpus. Et cum hoc ordine Charitatis  
cum proximo conversatio optima erit, cederetque in  
ritualem animarum utilitatem, & Deigloriam. Est  
de subsidio proximi in communi : agemus modo  
subsidio & ope proximo praestanda in particulari, per  
Confessionem, & Praedicationem.

## CAP. XII.

### De officio Confessarii.

Potestatis sacerdotalis, qua Sacerdos peccata remittit,  
& confert gratiam in Sacramento Penitentiae,  
De Sacr. l. 3. eminentia talis est, ut D. Chrysostomus affirmare  
dubitarit, Patrem aeternum eandem Sacerdoti dedit  
potestatem, quam dedit proprio Filio : Patrem enim  
Confessariam dedit Filio potestatem, & ipsam eandem  
Confessariam potestatem dat Sacerdotibus. Potestatem enim  
non materialem & terrenam ; sed spiritualemente & or-  
stem supra bona Gratiae : aperiendi caelum, & claudendi



infernum : ligandi & solvendi non jam corpora sed animas. Eadem potestas Sacerdotibus concessa in petitione Apostolorum confirmata fuit à Christo D. N. sicut misit me Pater, ego mitto vos. q. d. cum eadem potestate, qua fui missus à Patre, mitto vos : ideoque accipite Spiritum sanctum : quorum remisistis peccata, remittuntur eis : & quorum retinueritis, retenta sunt. In virtute hujus potestatis, adjungit idem S. Chrysostomus, Sacerdotes transgrediuntur confinia naturæ, transcendunt esse humanum, & ad esse Divinum sublevantur : Quasi in cælum translati, ac supra humanam naturam positi, atque nostris ab affectibus exempti, sic illi ad Principatum ipsum perducti sunt.

Ioan. 4:

loc. sup. cit.

In eisdem potestatis virtute, resumit Nazianzenus, Orat. 21. habet Sacerdos ex officio Imaginem Creatoris restaurare : superno Mûndo Opificem agere : & quod majus est, Deum esse, & alios Deos efficere. Et sicut, opinione D. Gregorij dixit Deus Moysi : Constitui te Deum Pharaonum, non naturâ, sed eminentiâ potestatis ; eodem modo de Sacerdote dici potest : Eui Deus hominum, non naturâ, sed excellentiâ potestatis.

Orat. 21:

fol. 140.

Exod. 7.

Demiratur S. Augustinus potestatem Sacerdotis in consecrando panem & vinum in Corpus & Sanguinem Christi : Veneranda, inquit illè, Sacerdotum dignitas, in quorum manibus, veluti in utero Virginis, Deus incarnatur. Verùm, si ita dicere liceat, plaris est secunda potestas supra corpus mysticum Christi, quam potestas supra corpus naturale. Enimverò cum hac fungitur officio humanandi Deum, cum illa habet officium Dedicandi hominem : plus est communicare esse Divinum homini, quam esse humanum Deo.

in Psal. 77.

Hæc potestas Sacerdotalis, sicuti benè advertit S. Ambrosius, ut fitialis, qualis postulatur à Sacerdotibus debet esse unita excellentiâ & eminentiâ virtutis : Non est excellentius in hoc seculo Sacerdotibus si quod famus professione actione demonstramus. Nobisque cavere debemus, ut notat idem S. Doctor, ne, cum professio sit Dignitas, actio sit illicita.

De dignit. Sacerd. c. 2.



Exod. 28.

In Exodo præcipiebat Deus, ut summus Sacerdos in fronte gestaret descriptum nomen Dei, quod significabat potestatem officii: at simul volebat, ut in stamine deferret hæc duo alla: *Doctrina & Veritas*, quæ significabant sanctitatem propter proximum. *Doctrina* est, quia officium Confessarii, non Judicis dicitur, sed Patris officium est: qui non solum iudicatur, sed etiam oratione, exemplo & exhortatione propriis filios adjuvare, & ad salutem perducere debet: quàm Pater non præsentis sed futuri sæculi economus necesse est ad veram vitam Gratiz.

Verum, quem gradum attingere debet Sacerdos sanctitas? similis sit, oportet sanctitati Dei: & participat in eminenti gradu potestatem Dei, ita ut debet illius sanctitatem.

Propria Dei sanctitas, ut docet Areopagita, est *omni labe libera, & perfectissima puritas*. Et imitati debet Sacerdos. Primo, in puritate: *Sacerdotem scilicet esse purum, necesse est, assertum D. Chrysostomus, ac si in cælis ipsis collocatus inter cælestes illas virtutes medius staret*. Secundò, in charitatis studio salutis animarum: & in hunc finem omnes sui affectus ordinandi sunt, veluti consilium D. Augustinus: *Tameamur, ne pereant homines Christus cupiamus acquirere homines Christo: tristamur, ne peris aliquis Christo: lætemur, cum acquiramus homines Christo*. Tertio, in patientia Dei: *longanimis & mansueti esse ad omnes, docibilem & patientem oportet*.

Præterea pro praxi & exercitio audientis confessiones, armis sanctæ orationis instructus meminerit *s. Chrysost.* Deum sustollere debes ac dicere: *Cor manducavi in me Deus* (cor Apostolicum, quæ cor Pauli, D. Chrysostomo dictum *cor orbis*) Et spiritum sanctum innova in visceribus meis: spiritum sanctum caritatis ad solam Dei gloriam, salutemque animarum ordinatum. *Ne proicias me à facie tua, propter peccata mea: & Spiritum sanctum tuum non auferas à me, quo sanctificabam me & proximum meum*.



Laude mihi latitiam salutaris tuis, gaudium Spiritus  
 sancti superans omnem aediam & tristitiam: & spiri-  
 tus principali confirma me: infundendo animae meae  
 verum spiritum Christi. Docebo iniquos vias tuas,  
 etiam salutis cum auxilio gratiae tuae: & impij ad te  
 convertentur, ad adorationem & amorem sancti tui  
 Nomialis.

Secundo, mente & cogitatione apertum Christi latius  
 habitabis, considerabisque, quanti ipsemet Christus uni-  
 tam solam aestimet animam, cum tempore absolutionis  
 cum sanguine suo aspergat, purificetque.

Tertio & ultimo, Ad paradysum mente transgredere,  
 orbem contemplantio, quanta ex conversione pecca-  
 torum redundet gloria in sanctissimam Trinitatem,  
 quanta letitia in Angelos, quantum gaudium in San-  
 ctos, quantaque exultatio & jubulum in totam Jerusa-  
 lem coelestem. Et hoc erit gaudium tuum, Dei, cuncto-  
 rumque civium caeli.

## CAP. XIII.

### De officio Concionatoris.

Concionatoris officium, juxta Areopagitam, Di-  
 vinum est officium & ministerium, ac proinde mo-  
 do sacrosancto ac Divino peragendum est. Sanctis & De caelest.  
 & Divina mysteria medius proportionatus distincte ex-  
 plicand sunt. Rationem reddit Angelicus: quia modus  
 debet esse proportionatus materia, alioquin destruitur  
 materia: ut, si quis explicaret Metaphysicis, per  
 Mathematicas. Ergo materiae praedicationis, quae  
 est ipsa veritas, congruus & proportionatus non  
 est modus dicendi affectatus & vanus. Hoc i-  
 plum reprehendebat Apostolus: Adulterantes ver- 2. Cor. 2.  
 bato Dei. Ex textu Graeco vertitur, caudonantes.  
 Sicut et isti venditores vini, qui varia miscent vina,  
 non